



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 7. Quædam circa recitatam historiam, obseruato digna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](#)

## §. VII.

Quædam circa recitatam historiam, obsernatu digna.

Prolixior hæc historia verbatim mihi vides est referenda, quia ad nullum peccatum humana malitia est pronior, quam ad temeritatem judicandum; quod tamen tantò minus amamus, quanto frequentius, & velut consuetudine in contemptum tracta, committimus. Magis itaque auersaturi vitaturique hanc temeritatem essemus, si quoties alio judicando percutimus, vicissim illico recuperemur, ac velut colaphum pro colapho recipemus. Multa autem in hac historia sunt consideratione digna. Nam i. potest hoc factum S. Vitalij accenseri iis, quæ admiranda in Sanctis, non imitanda dicuntur. In multis enim graue periculum esset, adire domos lenociniis plenas, & totas noctes in angulo talis cellulæ, iuxta leuiculam mulierem dormientem excubare. Nam qui amat periculum, in illo peribit. Non omnes sunt ætate tam senes, nec tam maturi virtute, nec mente tam constantes, neque tam ardentes charitate, ut à Cupidinis igne non possint inflammari. Neq; sanè omnes tam pie vigilarent, neq; tam sollicitè Deum precarentur.

**Ecclesiast. 3. rem dormientem excubare. Nam qui amat periculum, in illo peribit.**

**27.** Non omnes sunt ætate tam senes, nec tam maturi virtute, nec

mente tam constantes, neque tam ardentes charitate, ut à Cupidinis igne non possint inflammari. Neq; sanè omnes tam pie vigilarent, neq; tam sollicitè Deum precarentur.

tur. 2. Aliquid debemus proximo, ut eum exemplo non offendamus; neque à malo dumtaxat, verùm etiam à specie mali abstinerere. Itaque non in quouis probaretur, si Vitalium hīc vellet imitari. Ex peculiari tamen Dei instinctu Sanctus iste in meretricias domos intravit, sicut alij nōnulli in ardentes fornaces, & medias flamas, ut appareret, Deo non difficile esse, homines in maximis periculis conseruare. 3. Duobus autem miraculis demonstravit diuina bonitas, eum instinctum à se esse profectum, cùm voluit & meretricem arcana pandentem, & temerarium illum injustè persecutentem à malo dæmone insideri. 4. Duas insuper alias ob caussas id cōsilium Vitalio suggerit. Siquidem eo virtutem Ioannis Eleemosynarij illustravit pariter, & vitium ganeonis illius oculis hominum exposuit. Nec ganeonis tantùm, sed plurimorum quoque aliorum, qui idem iudicium de castissimo viro tulerunt.

§. VIII.

*Ad malos bono fine intrari posse.*

Ioannes autem Eleemosynarius tanto pluris est faciendus, & verè inter perfectos accensendus, qui non scandalizantur, quia 165.